

Die Oesterreichische Benedictiner-Congregation.

Von P. Adalbert Dungal, O. S. B. aus Göttweig.

(Fortsetzung von Heft III. d. J., S. 108—115.)

Ausserdem schrieb noch der Official von Ober-Oesterreich, Jacob Hackher, an den Cardinal Scipio Borghesi in Rom, den Protector Deutschlands, um ihn zu bewegen, bei dem Papste gegen die Congregations-Bestrebungen überhaupt zu wirken.¹⁾

Der Abgesandte der Aebte erfuhr gleich nach seiner Ankunft in Rom, dass die Moderation ausgesprochen sei und urgirte wiederholt die Ausfertigung des betreffenden Decretes bei dem

¹⁾ Dieses Schreiben vom 1. October 1628 lautet: »Illustissime ac Reverendissime Cardinalis. Causam scriptionis huius ipsa expedit, vulgata per vniuersam Germaniam fama est, SS. D. N. Urbano Octauo certum prorsus et constitutum esse, omnia omnium Religiosorum, praecipue uero familiae Benedictinae, Monasteria ab ordinaria suorum Episcoporum Iurisdictione eximere. Quae fama, si uera est, eorum est in Imperio Romano index et praenuntia motum, qui ut facile uel uno decreto pontificio excitari possunt, ita, postquam acrius exarserint, nullis potro consiliis poterunt uel saltem laboriosissime comprimi et sedari, a uero eam non longe abire tria persuadent. Primum exhibita non ita pridem Sanctitati suae quorundam Hispaniae monachorum pro eiusmodi generalis executionis impetratione deductio, multis quidem facta et prolixè argumentis, sed quae ad bilancem accuratioris iudicii uocata et expensa nec multum ponderis habent et momenti, cum nil aliud uideantur quaerere (specioso quidem Reformationis cuiusdam praetextu) quam eorum debitorum, quae non raro in domiciliis Religiosorum nasci et designari solent, ne ab Episcopis, quorum ordinariae iurisdictioni per tot annorum centurias paruere, habita meriti et moderationis ratione castigentur, dum eorum notitiam freti libertate exemptionis aut nunquam aut rarissime ad tribunal Romanum peruenturam sperant, licentiam et impunitatem.

Alterum est nupera Religiosi cuiusdam ex ordine S. Benedicti Romam ex Austria ablegatio. Is est P. Dionysius Richardus, Constantiensis, Accronianus, olim Germanici in Vrbe Collegii alumnus, postea institutum Societatis Jesu amplexus, inde tamen diuortium faciens et ab aratro retro oculos reflectens mundo aliquamdiu et strenue quidem operam navavit, eius tandem etiam pertaes consilium coepit ineundae Religionis S. Benedicti, quam cum esset in Vrbe Ratisbonensi ad S. Emmeranum professus, deserto monasterio professionis suae nunc alumnus agit Coenobii in Austria Gottwicensis. Virum hunc Austriaci Abbates magna onostum auri copia in Urbem ablegarunt, qui idem exemptionis negotium, ut homo factiosus est, ibidem urgeat, pecunia scilicet expugnaturi quod iustis rationibus obtinere sese posse diffidunt, praeclearo utique ad memoriam posteritatis exemplo.

Tertium est, Illustrissimi et Reverendissimi Nuncii Apostolici nova in Abbates Austriacos solito maior hodie propensio, eorumque odiosos conatus promovendi, quod palam profitetur studium, quem quibus rationibus et modis Austriaci Abbates adeo sibi deuinxerint, sapientius est, tacite aestimare, quam aperte promere. His machinis si SS. D. N. eo poterit impelli et pertrahi, ut susceptum de eximendis ab ordinaria Episcoporum iurisdictione ordinibus Religiosis consilium perseverare uelit et prosequi, iam uident prudentes imo quisquis aliquid uel ipsis oculis uidet, quae inde incommoda et damna prouentura sint, missis pluribus, quae suis loco et tempori reservantur, sex tantum lubet hic et breuiter attingere.

Primum est. Evertentur decreta S. Concilii Trid., quae communi totius Ecclesiae catholicae autoritate et consensu firmata Religiosorum potissimum eorum,

Cardinal Zachias und dem Abte Caetan ohne jeden Erfolg. Erst auf vielfaches Drängen erfuhr er, dass man damit bei dem Kaiser, dem Bischofe von Passau und anderen Fürsten der Kirche und des Reiches anzustossen fürchte, welche Ansicht durch Abt Caetans unwahre Aeusserungen, dass die Aebte der öst. Congregation die volle Exemption suchen, noch verstärkt wurde. Das machte auch Dionysius Anstrengungen verdächtig und erfolglos.

Da Dionysius auf diese Weise nichts erreichen konnte, so musste er sich gemäss der empfangenen Instruction um weitere Förderer der ihm übertragenen Mission umsehen und nahm auf

qui B. Benedicti institutum sequuntur, familias dioecesis suis subjiunt; aliis decretis, quae membra Concilii sunt, antiquatum sensim et sublatis SS. Concilii oecumenici corpus truncari ac demum in fauillas ac cineres solui necesse est, magno catholicorum vulnere et dolore, maiore haeticorum triumpho, qui uel hoc nomine denuo accipient pro sospitate Sanctitatis suae uotua ducere in orbem et circum pocula.

Deinde minuatur uis et robor sacrorum Canonum, qui eandem subiectionis legem, qua ad cognoscendam Iurisdictionem Dioecesanorum suorum ordines Religiosi adiguntur, gravissime sanciant.

Tertio. Novatio haec certam trahet ruinam plerorumque Episcopatum Germaniae; quid enim Monasteria sunt (nec pauca eorum ab ipsis Episcopis fundata) nisi fulera Episcopatum et columnae, quibus subductis ruere hierarchicum aedificium hoc necesse est.

Quarto. Novatio haec suscipi citra magnam quam laesionem quam indignationem Episcoporum Germaniae non potest, qui cum sint principes Imperii Romani, quo animo tam inusitatam metamorphosin laturos existimabimus? Ita scintilla haec nondum cineres suos egressa, ubi emicare atque ardere coeperit in periculosum erumpet totius imperii incendium.

Quinto. Hinc uberrima seges et materia accrescent detestandae et ferali ambitioni, quae una pestis Abbatibus Austriacis ad exemptionem hanc adeo operose sollicitandam stimulos subiicit, quorum, dum alius purpuram affectat, alii aliis inter opes et delicias modis et mediis crescere et eminere student, dolent sese Episcopis, quibus pares esse vellent, postquam etiam titulos eorum usurpare iam caepere, censi inferiores.

Postremo. Quid, si exemptio haec seminarium fuerit nouarum subinde haeresum; exempla superioris saeculi id non obscure docent; plerique enim omnes haeresiarum ex iis monasteriis, quae ab ordinaria Episcoporum iurisdictione exempta erant, prodire, quos facile fuisset, oppressis mature initiis, ne paucorum perfidia et improbitas in tam profusam infinitarum animarum stragem et ruinam exundarent, compescere et coercere, si aliquid ordinariis locorum in ipsos fuisset et Iuris et Iurisdictionis. Hi scilicet fructus sunt eius, quam monachi Germaniae tam anxie quaerunt, exemptionis.

Illustrissima Celsitudo Vestra, quae ipsius exquisita prudentia est et in Germaniam ac Germanos propensissima voluntas, facile potuerit gliscenti huic incendio, ne incipiat serpere et potentius dominari, occurrere idque autoritate sua officere, ne, qui tam perniciosa SS. D. N. consilia instillant, dum maiorem auri, quam salutis Germanorum rationem habent, aut nimium in perniciem Germaniae valeant, aut iniquo desiderio suo potiantur: quo nomine plurimum sibi Germaniae principes obstringet.»

Cop. Arch. Göttw.

den Rath des Abtes Caetan den Advocaten Marianus, welcher eine neue Gegenschrift gegen die Passauer ausarbeitete. Da diese jedoch mit Abt Caetans Behauptungen und Handlungen und Dionysius Proteste im Widerspruche stand, blieb sie ganz erfolglos. In dieser Nothlage wandte sich Dionysius an den Jesuitengeneral und den P. Castorius und erreichte mit deren Unterstützung die Ausfertigung des Moderationsdecretes.¹⁾

Gegen Ende des Jahres kam das Moderationsdecret in die Hände der Aebte und bereitete ihnen eine grosse Freude, nur waren sie in Verlegenheit, auf welche Weise sie dasselbe in Passau mittheilen sollten. Der Präsident und der Abt von Göttweig wünschten, dass der Prior von Garsten und ein Secularpriester dasselbe nach Passau überbringen, wogegen der Abt von Garsten einwendete, dass sich hiezu ein Secularpriester nicht werde gebrauchen lassen, weil es eine res odiosa ist und dass anstatt eines Weltpriesters ein Mitglied von Kremsmünster seinem Prior beigegeben werden möge,²⁾ welchem Wunsche der Präsident durch Beiordnung seines Subpriors Mathias willfahrte.

Beide kamen zu diesem Zwecke am 5. Februar nach Passau und übergaben dem Administrator in Gegenwart der übrigen Domherren das Decret, wobei der Prior Achaz von Garsten folgende kurze Ansprache hielt: «Hochwürdiger in Gott, gnädig gebietender Herr. Euer Hochwürden haben sich gnädig zu erinnern, wasmassen noch vor einem Jahre von Herrn Clemente Merlino eine Citatio inhibitoria die österreichische Congregation ord. s. B. und was dero anhängigen betreffend publicirt, auch absonderlich jedem selbiger Congregation zugethanen Herrn Prälaten überantwortet und dannenhero die Congregation nach Rom evocirt worden, dahin sie auch einen religiosum ordinis, die Clagpuncte wider oftgemelte Congregation zuverantworten, verordnet. Weilen dann von Ihrer Heiligkeit pro aequitate nostrae causae über gemelte Inhibition uns eine Moderation ertheilt, also haben wir im Namen Ihrer Hochwürden Herrn Präsidenten, Visitatoren und interessirten Herrn Prälaten gegenwärtiges Transumptum authenticum Ihrer Hochwürden als sedis ordinariae

¹⁾ Nach dem Originalbericht des P. Dionysius über seine Thätigkeit in Rom. Arch. Göttw.

²⁾ Brief vom 15. Jän. 1629 an Abt von Göttweig. Orig. Arch. Göttw.

Administratori überantworten sollen.» Darauf erwiderte dieser etwas gereizt, dass er sich zu erinnern wisse, dass nicht allein die österreichischen, sondern auch die im Reiche und unter andern Erz- und Hochstiften gelegenen Prälaten O. s. B. dergleichen Vornehmen attentirt, welche den Erz- und Hochstiften höchst praedjudicirlich sind. Daher sei es billig, dass die Erz- und Hochstifte und alle Ordinarii sammt und sonders denselbigen attentatis sich widersetzen. Es sei gleich recht, weil die Herren Capitulares bei ihm versammelt, wolle er es alsbald im Capitel vorbringen und hernach nach Salzburg und von dannen ins Reich andern Erz- und Bischöfen zuschicken. Dem Prior von Garsten gegenüber äusserte der Administrator Schwendi wiederum seine Meinung, dass nämlich die Aebte durch die Congregation die Exemption von der bischöflichen Jurisdiction suchen.¹⁾

Um den congregirten Aebten eine Berathung über die weiteren Schritte zu ermöglichen, hatte der päpstliche Nuntius in Wien eine Versammlung derselben auf den 12. Februar 1629 ausgeschrieben.²⁾ Aber die Passauer, welche die päpstliche Moderation wenig respectirten, wussten durch neuerliche Drohungen einzelne Aebte so einzuschüchtern, dass die Zusammenkunft in Wien auf einen späteren Termin verlegt und endlich ganz aufgegeben werden musste. An deren Stelle planten der Präsident und der Abt von Garsten eine Versammlung der Aebte für den 20. Mai zu Melk. Kaum aber war eine Notiz davon in die Oeffentlichkeit gekommen, als dem Abte von Garsten jede Theil-

¹⁾ Bericht der beiden Abgesandten vom 10. Feb. 1629. Orig. Arch. Göttw.

²⁾ Das Schreiben des Nuntius lautet: «Joannes Baptista Pallotus Dei et Apostolicae Sedis gratia Archiepiscopus Thessalonicensis ac per Germaniam, Ungariam, Boemiam universumque Imperii districtum S. D. N. Urbani divina providentia Papae Octavi et eiusdem s. sedis cum facultate Legati de latere Nuncius Omnibus et singulis Abbatibus O. S. B. superioris et inferioris Austriae salutem. Cum pro augmento catholicae religionis et incremento O. S. B. Congregationis Austriae illisque bono ac felici statu et directione ad mentem S. D. N. vos in hac Viennensi civitate convenire et varias habere consultationes expediat. Hinc Nos auctoritate apostolica, qua fungimur vos in domino hortamur ac serio admonemus, quatenus pro die duodecima Februarii proxime futuri in praefatam civitatem Viennensem adveniatu audituri, quid super praemissis S. D. N. ordinaverit ac in reliquo consultaturi et tractaturi prout magis in Domino collatis invicem salubriter conciliis videbitur expedire Mandantes omnibus et quibuscunque, ne vos ut supra venientes et convenientes aliquo modo impedire, perturbare aut inquietare quovis modo directe vel indirecte praesumant sub poena excommunicationis ipso facto incurrendae, aliis censuris et poenis arbitrio. Datum Viennae Austriae die quinta Januarii 1629.» Vidim. Cop. Arch. Göttw.

nahme an der Durchführung der Congregations-Statuten durch ein Schreiben des Officialis für Ober-Oesterreich unter Strafe der Excommunication verboten wurde.¹⁾

Trotzdem hielten diese beiden Aebte an der Zusammenkunft in Melk fest und wünschten von dem Abte von Göttweig zu erfahren, ob auch die Aebte aus Unter-Oesterreich erscheinen werden. Damit aber nicht etwa von Passau aus die angedrohte Excommunication zum öffentlichen Aergernis auch wirklich verhängt werde, hielt es der Präsident für nothwendig, dass der Nuntius den Aebten neuerdings durch ein Decret auftrage, zur Berathung der Ordensangelegenheiten ein Capitel zu halten und diejenigen, welche sie daran verhindern wollen, den kirchlichen Strafen unterwerfe und sollte der Abt von Göttweig den Nuntius hiezu bewegen.²⁾ Aber auch diesmal wurde aus der Zusammenkunft nichts.

Unterdessen war Dionysius in Rom eifrig bemüht gewesen, nach Ausfertigung der Moderation die gänzliche Beilegung der Streitsache zu erlangen. Zu diesem Zwecke legte er die Angelegenheit auf den Rath seiner Freunde dem Paulutius vor, welcher ihm den Vorwurf machte, dass die ganze Angelegenheit auf einem verfehlten Wege geführt worden sei. Denn wenn die Aebte der österreichischen Congregation in der That nichts

1) Der Passauer Official schreibt: «Admodum Reverende Domine, Serenissimo et Reverendissimo Domino D. Archiduci Leopoldo Guilielmo Episcopo Passaviensi Domino Ordinario nostro Clementissimo relatum est, qualiter Domini Praelati ordinis s. Benedicti vigore cuiusdam Congregationis ad proximum mensem Maium convenire et edita ab ipsis statuta, quae in praeiudicium eiusdem suae Serenitatis, utpote ordinarii, vertere perhibentur, in effectum deducere decreverint. Cum autem S. D. N. totum hoc negotium adhuc 8. Aprilis anni praeteriti s. Congregationi Palatinatus examinandum ac discutiendum remiserit, atque ita lis adhuc totaliter indecisa pendeat, et quod magis est, idem S. N. ante paucas admodum septimanas se inscriptis declaravit, quod non tantum super ipso negotio principali primo quoque tempore resolutionem definitivam dare velit, sed etiam quod non intendat ulla ratione praeiudicare Iuribus suae Serenitatis, utpote Ordinarii: Ideo mandatur Domino Praelato sub poena excommunicationis ipso facto incurrenda, ne in praeiudicium praefatae causae adhuc pendens et indecisae, nec non vili-pendium emanatae resolutionis Pontificiae quidquam attentet, multo vero minus praememorata statuta, utpote Serenitati suae tanquam loci Ordinarii in multis articulis valde praeiudicialia contra apertissimam mentem Suae Sanctitatis ad effectum ullo modo deducere satagat, aut, ut ad effectum deducantur, consentiat, sed potius clementissimam S. D. N. definitivam in negotio principali debita cum reverentia expectet. Passaviae 26. Aprilis A. 1629.» Orig. Arch. Göttw.

2) Brief des Abtes von Garsten an Abt von Göttweig vom 7. Mai 1629. Orig. Arch. Göttw.

gegen die Jurisdiction des Ordinarius anstreben, gehöre der Gegenstand nicht vor die Rota oder die Congregatio Palatinatus, sondern vor die Congregatio Concilii Tridentini. Auf seinen Rath wurde nun von ihm, dem P. Castorius und Dionysius mit Ausschluss des Abtes Caetan ein neues Memoriale an den Papst ausgearbeitet. Doch wusste es Paulutius noch vor der Uebergabe desselben von dem Papste zu erwirken, dass die Vertreter der streitenden Theile vor die Datarie citirt wurden. Für Passau erschienen der Advocat Camillus und Dr. Faber, für die Congregation Paulutius, P. Castorius und Dionysius. Für die Passauer sprach Camillus sehr heftig und zog besonders gegen den Weg los, welchen Dionysius eingeschlagen. Dionysius erwiderte darauf wohl nicht schlagend genug, denn P. Castorius und er waren über den Ausgang sehr niedergeschlagen, Paulutius aber, welcher aus der Discussion volle Information geschöpft hatte, tröstete sie, überreichte selbst dem Papste das verfasste Memoriale und erreichte die Zuweisung der Streitsache an die Congregatio Concilii Tridentini.¹⁾

Nachdem so viel erreicht war, begaben sich P. Castorius und Dionysius zu den Cardinälen Ubaldini und Franciscus Baberini, welche die beste Hoffnung machten, die auch Paulutius theilte, wenn nur der gegnerische Theil, damit er nicht die Einsprache erheben könne, er sei nicht gehört worden, nochmals citirt werde, was auch bald darauf geschah.

Bevor noch die Angelegenheit zu dem gewünschten Ende geführt war, wurde Dionysius von Rom abgerufen. Vor seiner Abreise sprach er noch mit dem Generalprocurator der Cassinenser Dominicus Pinelli, welcher der österreichischen Congregation die Communicatio der Cassinenser Privilegien und guten Werke anbieten liess und ihn vor dem Abte Caetan warnte. Dionysius beantragte auch, an Stelle des Abtes Caetan den Bruder des Paulutius, Carl Paulutius, zu dem Bevollmächtigten der Congregation zu bestimmen,²⁾ was aber trotz der Zustimmung

¹⁾ Das Rescript der Dataria lautet: «Sanctissimus D. N. mandavit, Articulum solum reductionis Abbatum in Congregationem ad praescriptum sacri Concilii Tridentini remitti decidendum ad sacram Congregationem eiusdem Concilii. E Dataria pro Abbatibus et monachis Congregationis Austriacae Ordinis s. Benedicti.» Aus dem Berichte des P. Dionysius.

²⁾ Nach Dionysius Bericht.

mehrerer Aebte nicht mehr zur Ausführung kam. Der Abt Caetan behielt zwar die Vollmacht, in Wirklichkeit aber führte der General der Jesuiten die Verhandlungen in Rom weiter.¹⁾ Den Vermittler machte der Jesuitenpater Bernardinus Castorius, an welchen von den Aebten die nöthigen Schriftstücke gesendet wurden. Doch verging noch mehr als ein Jahr, bis die päpstliche Entscheidung erschien. Die Aebte der Congregation verhielten sich während dieser Zeit ganz passiv, bis auf eine Zusammenkunft des Präsidenten und des Abtes von Göttweig und Melk in letzterem Kloster am 22. November 1629.

Am 7. September 1630 erschien endlich die päpstliche Entscheidung, welche Abt Caetan noch am selben Tage an die Aebte absendete, und deren Wortlaut folgender ist:

«Marcus Antonius Franciottus Protonotarius Apostolicus utriusque signaturae S. D. N. Papae Referendarius nec non Curiae Causarum Camerae Apostolicae generalis Auditor, Romanaeque Curiae iudex ordinarius, sententiarum quoque censurarum tam in eadem Romana Curia quam extra eam litarum ac litterarum apostolicarum quarumcunque universalis et merus executor ab eodem S. D. N. Papa specialiter deputatus. Universis et singulis RR. DD. Abbatibus, Prioribus, Praepositis, Decanis, Archidiaconis, Officialibus, Diaconis, Subdiaconis, Scolasticis, Cantoribus, Thesaurariis, Sacristis, parrochialiumque ecclesiarum Rectoribus earumque Plebanis, Viceplebanis, ceterisque presbyteris, clericis, novitiis, tabellionibus publicis quibuscunque illique vel illis, ad quem vel ad quos praesentes nostrae literae pervenerint, salutem in Domino; nostrisque huiusmodi, imo verius apostolicis, firmiter obedire mandatis noveritis. Nuper fuit coram nobis comparitum pro parte et ad instantiam perillustris et Reverendissimi D. P. Constantini Caietani Abbatis s. Baronti ex Congregatione Cassinensi et Abbatis Praesidentis Collegii Gregoriani domus s. Benedicti de Vrbe atque Procuratoris generalis

¹⁾ Dieser selbst schreibt an den Vorsteher des Professhauses in Wien: «Negotia Reverendissimorum Abbatum ordinis s. Benedicti erunt mihi supra modum cordi neque genus ullum officii praetermittam, quod illis promovendis prodesse posse intellexero. Cuius studii mei testem cum hactenus hic habuerim P. Dionysium Richardum, qui iam hinc recessit, nunc mihi pro iisdem laborandum existimo, ut iam illo teste subtracto res ipsa ostendat, mihi illa magnopere cordi esse.» Cop. Arch. Göttw.

Congregationis Austriae ordinis s. B. et exhibitae literae Apostolicae S. D. N. Urbani, divina providentia Papae octavi, nec non Constitutiones et Statuta Congregationis Monachorum Austriae utriusque videlicet superioris et inferioris ordinis s. B. ab eodem S. D. N. Papa approbatae et confirmatae tenoris sequentis. — Quae quidem praeinsertae literae apostolicae, statuta et constitutiones, ut ad notitiam eorum, ad quos spectat, facilius deducantur et liberius observentur ac executioni demandentur, discretioni vestrae committimus et in virtute s. obedientiae districte praecipiendo mandamus, quatenus statim visis et receptis praesentibus sub 1000 ducatorum Camerae Apostolicae applicantium et pro illis mandati executioni et in juris subsidium excommunicationis aliisque arbitrio nostro poenis, dictas praeinsertas literas, statuta et constitutiones ac omnia in eis contenta DD. Officialibus Episcopatus Passaviensis et quibuscunque aliis in executione praesentium nominandis et cognominandis cuiuscunque dignitatis, conditionis et praeeminentiae existant, intimetis, insinuetis et notificetis prout nos intimamus, insinuamus et notificamus ad eorum et cuiuslibet eorum notitiam deducimus ac deduci volumus et mandamus per praesentes, ac etiam moneatis eosdem etc. eisque praecipiat et mandetis, prout nos tenore praesentium praecipimus et mandamus: quatenus infra sex dierum spatium, quorum duos pro primo, duos pro secundo aliosque duos pro tertio ultimo et peremptorio termino ac monitione canonica assignamus, et vos assignetis eisdem, sub eisdem sententiis, censuris et poenis debeant et quilibet ipsorum debeat dictas praeinsertas literas, statuta et constitutiones ac omnia et singula in eis contenta et expressa in omnibus et per omnia observavisse, et quod omnino observentur et debite executioni demandentur in singulis eorum ecclesiis ac ubi, quando et quoties opus fuerit, potissimum ut dicti Monachi et Congregatio Austriae illarum effectu gaudeant et gaudere possint et valeant libere et omnino cessante contradictione et impedimento, et sic modo simili moneatis eosdem, quatenus debeant ab omnibus jactationibus, vexationibus, perturbationibus et impedimentis quibuscunque eisdem monachis et Congregationi super praemissis ut supra illatis, factis et praestitis fierique et inferri comminatis et ab inferendis et comminandis in futurum penitus et omnino cessasse, destitisse

et sese abstinuisse, nullumque damnum, molestiam vel impedimentum de cetero quovis modo intulisse, seu si quid in praemissis praetendunt, id totum coram nobis et in tribunali nostro deduxisse, demonstrasse et justificasse. Insuper inhibeat, eisdem Officialibus Episcopatus Passaviensis omnibusque aliis cuiuscunque dignitatis, conditionis et praecminentiae in executione praesentium nominandis et cognominandis, nec non quibuscunque DD. iudicibus, vicariis, commissariis, delegatis, subdelegatis tam ecclesiasticis quam secularibus quacunque auctoritate fungentibus et futuris, ne sub eisdem sententiis, censuris et poenis audeant seu praesumant, aut eorum aliquis audeat seu praesumat per sese vel alium seu alios directe vel indirecte, publice vel occulte sub quovis praepenso praetextu, quaesito colore, causa vel ingenio executioni et effectui dictarum praesentiarum literarum, statutorum et constitutionum, opponere nec dictos instantes contra illarum formam et dispositionem quodocunque et quomodolibet molestare, vexare vel impedire, nec dictos instantes alibi, quam coram nobis in iudicium trahere nec quidquam aliud inovare in praeiudicium instantium et praesentiarum literarum, statutorum et constitutionum ac praesentiarum nostrarum literarum et monitorialium in omnibus et per omnia observasse; alioquin praefatos sic monitos et requisitos, si in praemissis se fore gravatos senserint, modo et forma praemissis citetis et citare curetis, prout nos citamus et citari mandamus eosdem, quatenus sexagesima die post praesentiarum executionem, si dies ipsa juridica fuerit, alioquin prima die juridica ex tunc proxime futura compareant Romae in iudicio legitimo coram nobis per sese vel alium seu alios procuratorem seu procuratores suos idoneos et de huiusmodi causa informatos et causam eorum praepensi gravaminis allegaturi aliasque et alia dicturi, facturi et recepturi, prout iustitia suadebit et ordo dictaverit rationis certificantes eosdem sic monitos, requisitos et citatos, quod sive indicto citationis termino sive non nos nihilo minus ad praedicta omnia et singula et alia graviora desuper necessaria et opportuna debite procedemus sive procedet iustitia mediante. Absolutionem vero omnium et singulorum praemissorum nobis vel superiori nostro tantummodo reservamus. In quorum omnium et singulorum fidem has praesentes fieri et infrascriptum Curiae nostrae notarium

subscribi sigillique R. Camerae Apostolicae, quo in talibus utimur, jussimus et fecimus appensione muniri. Datum Romae ex Aedibus nostris Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Trigesimo Indictione XIII die vero septima mensis Septembris Pont. S. D. N. Urbani divina providentia Papae octavi anno eius octavo.»¹⁾

Die Schriftsteller

und die um die Wissenschaft und Kunst verdienten Mitglieder des Benedictiner-Ordens im heutigen Königreich Württemberg vom Jahre 1750 bis zu ihrem Aussterben.

Von August Lindner.

(Fortsetzung v. Heft III. d. J. S. 47—52.)

Wiblingen.

Die ehemalige vorderösterreichische Abtei Wiblingen liegt eine Stunde südlich von Ulm auf einem leichten Terrain-Ausläufer, welcher mit einer steilen, jedoch nicht hohen Terrasse gegen die Illerthalebene endet. Die imposanten Klostergebäude nebst der majestätischen Kirche lagern sich am nordöstlichen Ende des Dorfes und verleihen nicht nur dem Orte sondern auch der ganzen Umgegend einen besonderen Reiz. Die Lage des Ortes ist äusserst angenehm und gestattet, besonders von den Klostergebäuden aus eine schöne Aussicht in die Thäler der Iller und der Donau. Gegen Norden sieht man das Münster von Ulm, im Hintergrunde einen Theil des Südabfalls der Alp.

Das Kloster wurde zu Ehren des heil. Martinus, Bischofs, im Jahre 1093 von Hartmann Grafen v. Kirchberg und seinem Bruder Otto auf ihrem Grund und Boden gestiftet. Die ersten Mönche kamen von St. Blasien. Im September 1099 erfolgte durch Bischof Gebhard von Constanz die Einweihung der Kirche. — 1700 kam das Kloster unter österreichischen Schutz.²⁾ Der Abt erhielt vermöge Rescript vom 22. Juni 1701 auf der vorderösterreichischen landständischen Versammlung zu Ehingen Sitz und Stimme. Das Stift wurde vom Könige Max Joseph von Baiern am 27. März 1806 aufgehoben. Später kamen seine Besitzungen (mit Ausnahme einiger weniger Güter) an Württem-

¹⁾ Drei Copien im Arch. Göttw.

²⁾ Seit 1780 war Wiblingen ein Bestandtheil der österreichischen Markgrafschaft Burgau.